



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De operibus solidæque devotionis exercitiis, quæ vel quotidie non
peraguntur, ves fusiore indigent explicatione, quomodo cum majori fructu
peragi possint

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

7. De Dominica Passionis & Palmarum.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54780)

carum esse dicunt) additi fuere dies jejunii quatuor à Feria 4. Cinerum. Sicut & ob eandem causam, qui in Cœna Domini & Sabbatho Sancto non jejunabant, cœpere jejunium quadragesimale à Quinquagesima & à Sexagesima; qui Feriis item quintis singulis non jejunabant; & demum à Septuagesima, qui simul Sabbathis non jejunabant.

De Missâ Feriæ 4tæ (vide Gav. l. c. Tit. 6.) Dominicæ 4tæ in Quadragesima ob insertas ei duas lectiones [quæ Feriis quartis in 4. temporibus tantum multiplicantur] meretur observari. Quod die illo olim fiebat scrutinium baptizandorum in Paschate; & inter septem per annum scrutinia hoc erat maximum. Ità ordo Rom. scrutinium quidem hoc jam non est amplius in usu. Missa tamen mansit eadem, in qua Catechumenis dicitur in introitu: *Effundam super vos aquam mundam.* Idem repetitur in prima Epistola; & in secunda dicitur *Lavami.* Et in Evang. cœcus natus, nondum loquens, repræsentat Catechumenum teste S. Aug. Feria 4. majoris hebdomadæ etiam quidem habentur in Missa duæ lectiones; sed hoc fit ob ordinationes futuras Sabbatho Sancto.

7. *De Dominica Passionis & Palmarum.*

ANte Dominicam Passionis fuit habitum consilium à Judæis de occidendo Christo. Ideo mœstitia major convenit in Ecclesiasticis officiis. Hinc etiam in introitu Missæ non dicitur *Gloria Patri*, Psalmus *Judica.* Et in primis

mis vespertis velantur Cruces in signum; quia jam non in palam ambulabat apud Judæos Christus, sed se quasi absconderat.

Dominica *Palmarum* sive *Ramorum* olim etiam dicta fuit *Capitolavium*, quia in hac die lavabantur capita ungentorum in Sabbatho Sancto. Item *Indulgentia* ob eos, qui pœnitentiam publicam egerant, & tunc absoluebantur. Item *pœnosa* ob justificados per pœnitentiam peccatores, & *sancta* ob Christi passionem, & hinc etiam tota hebdomas vocatur *major*. In Off. Ambros. vocatur *authentica* & *ultima*. Sicut autem die hâc decimâ luna erat, in qua ducebantur agni in domos immolandi in Paschate juxta c. 27. Exod. Sic Christus hodie stratis ante eum palmis & ramis arborum triumphabundus Jerusalem ingrediens in ea per dies reliquos inclusus fuit, & ductus dein ad victimam.

8. Passio D. N. J. C. 2^{dum} 4. Evang.

DUM legitur in Missa Passio D. N. J. C. non petitur præviè Benedictio, quia Autor benedict. onis extinctu legitur. Primitus tantum legi vel cani solebat Passio à S. Matthæo descripta. Alexander Papa instituit, ut legeretur successivè descripta ab omnibus 4. Evang.

Feria V. majoris hebd. partim leta, partim tristis. Explicatio nuditatis Altarium, sonitus lignei, ablutionis pedum

Sicut die quinto creationis mundi Deus ex aquis produxit partim pisces, & hos in aquarum